

**Zeitschrift:** Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins  
Zentralschweiz

**Band:** 10 (1854)

**Artikel:** Johannes von Schwanden, Abt in Einsiedeln, und seine Zeit : besungen  
von Meister Rudolph von Randegg

**Kapitel:** Liber II, De probitate et honesta vita Incolarum Heremitani

**Autor:** Morel, Gallus

**DOI:** <https://doi.org/10.5169/seals-110724>

### **Nutzungsbedingungen**

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. [Siehe Rechtliche Hinweise.](#)

### **Conditions d'utilisation**

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. [Voir Informations légales.](#)

### **Terms of use**

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. [See Legal notice.](#)

**Download PDF:** 07.10.2024

**ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>**

## LIBER II.

**De probitate et honesta vita Incolarum  
Monasterij Heremitani.**

## §. 1.

- 1 Frena Monasterij regit istius Abba Johannes, <sup>1)</sup>  
 De Swandun genere, vir probitate nitens.  
 Libera conditio Proavorum protulit istum, <sup>2)</sup>  
 Sed mens, mos, vita liberiora capit.
- 5 Hunc Deus elegit ne sub modio latitaret,  
 Sed jubar in monte lux adaperata foret.  
 Hunc Deus elegit ut dogmata sacra propinet,  
 Quos sibi subjectos Regula sancta facit.  
 Hunc Deus elegit speculatorem fore Cleri,

---

<sup>1)</sup> Einsiedeln hatte drei Aebte aus dem Haus der Freien von Schwanden, nämlich Anselm, 1234—1266. Peter, 1270—1280, und Johannes 1298—1326. Zu Anfang dieses Jahres gab er die Abtei auf und starb schon wenige Monate nachher, nämlich den 12. März. Den Sitz der Freiherren von Schwanden fanden Tschudi, Hartmann und die Chronisten von Einsiedeln immer in Glarus. Kopp bemerkt aber in der Geschichte der eidgenössischen Bünde (II. 337.), es stammen diese Aebte von den burgundischen Freien von Schwanden, und können keine Glarner gewesen sein, weil nur Edle in Einsiedeln aufgenommen wurden, und es im Lande Glarus keine Reichsfreiheit gab. Noch finden sich in Glarus Ruinen der Burg Bänzigen, des Sitzes derer von Schwanden. Das andre Schwanden liegt in der Gegend von Bern. (Trouillat, monum. de l'év. de Bâle, p. 645.)

Wir haben auch noch die Grabchrift der Aebte Anselm und Johannes:

**De Swanden nati duo sunt simul hic tumulati,  
 Huc intraverunt Abbates ambo fuerunt.  
 Hanc tumbam vere duo de Swanden subiere,  
 Inter quos primus fuit Abbas petrus ac ymus  
 Otto præpositus de vare lepore peritus.**

Abt Peter war vom Bliß erschlagen und in der St. Oswaldskirche in Zug begraben worden. Otto war auch Freiherr v. Schwanden, und wird von Rabegg öfters genannt.

<sup>2)</sup> Hier legt wirklich der Dichter auf die **libera conditio proavorum** besonderes Gewicht, was Kopp's Ansicht bestätigt.

- 10 Et speculum per quod cernitur omne bonum.  
 Hunc Deus elegit rosulam de floribus agri,  
 In quo splendor, odor, fructus inesse datur.  
 Hunc Deus elegit vas nobile, vas generale  
 Omni mortali, vas speciale sibi.

## §. 2.

- 15 Hic in divinis sapienter militat armis,  
 Per quæ succumbit invidus hostis ei.  
 Funiculo texta triplici cinctoria secum  
 Iste gerit, vestes, queis sibi crebro liget.  
 Impediat laxa ne vestis eum, faciat ne  
 20 Atque renitentem dæmonis arte capi.  
 Cingulus iste triplex dilectio, spes, fidesque  
 Dicitur, humanus vestis ac actus erit.  
 Munitus Pater hic tribus his virtutibus, omnis  
 Dedecoris jacula vincere cuncta valet.  
 25 Hic animadvertens hominis quia prima salus est  
 Pura fides, super hanc hinc locat ipse basim,  
 Ut super hanc fundata domus sua non cadat illi  
 Sint licet adversa flamina dira Sathan;  
 Hic fidei scutum galeamque gerit, quibus ipse  
 30 Omnia mundana vincere regna potest.  
 Additur hinc etiam spes, quæ sibi firmiter hæret;  
 Liberat hic curas, morte nec ipsa vacat.  
 In terris nobis sua quem dilectio junxit,  
 In cælis jungi spe sitit iste sibi.  
 35 Hic in amore Dei satagit fervere sui que,  
 Nec sibi verus amor proximitatis abest.  
 Diligit hic Patrem superum, quia plasma tenetur  
 Ut plasmatorem diligat usque suum.  
 Vas figulum, genitura patrem, meritoque creantem  
 40 Quæque creatura debet amare suum.  
 Huic quare tantus amor est, quod compulit omnes  
 Actus et sensus invigilare Deo?  
 Cuncta cavenda cavet, peragit peragendaque replet,  
 Nomine quæque Dei qui sibi facta replet:

- 45 Sacrat amore Patris se summi, complet honestum,  
 Quisquis quod melior probat, amare pigret  
 Pigret amare probat, melior quod quisquis honestum  
 Complet, summi se Patris amore sacrat.  
 Diligit hic sese, quia mundatam sibi vestem
- 50 Fonte sacro servat, ne sibi menda nigret.  
 Nudus hic est vitiis, atri ne dæmonis hamus  
 Coget aduncus eum per mala facta trahi.  
 Negligit hic sese, quod se servet, quia carnem  
 Perdit, ut hinc animam salvet ab hoste ratam.
- 55 Hic donat pellem pro pelle, licet sit amarum,  
 Scit quia pauca dies nunc sibi longa subit.  
 Proximus haud minus his adamatur, verus ut omnis  
 Insimul atque semel sit sibi junctus amor.  
 Diligit hic corde, re, diligit ac amat ore
- 60 Compatitur corde, re fovet, ore docet:  
 Mæstos ac inopes, rigidos, reprobrosque rebelles;  
 Solatur, reficit, flectit obitque domat,  
 Devotos, humiles, castos, justos, venerandos  
 Confovet, exaltat, ornat, honorat, amat.
- 65 Dirigit, arctat, alit, excludit, calcatur, abhorret,  
 Jus, malefacta, sacrum, crimina, probra, nefas.  
 Crimina, probra, nefas, excludit, calcatur, abhorret;  
 Jus malefacta, sacrum, dirigit, arctat, alit.  
 Jurgia, jura, decus, fraudes, Dominum, perhonestum,
- 70 Abnegat, auget, habet, vitat, adoratur, amat:  
 Vitatur, adoratur, amat, fraudes, Dominum, perhonestum,  
 Abnegat, auget, habet, jurgia, jura, decus.  
 Scismata vitatur, amat famam, probra calcatur, honoratur  
 Justitiam, fraudes deprimit, oratur Heli.
- 75 Pravos, elatos, reprobros, premit, increpat, arcet:  
 Justus, mitis, amans, carcere, voce, cruce. <sup>1)</sup>

---

<sup>1)</sup> Solche Spielereien entschuldige der damals herrschende Geschmack.

## §. 3.

Virtus bis bina, quæ sumit cardine nomen, <sup>1)</sup>  
 Hunc patrem decorat, flos variusque nitet.  
 Est prudens, justus, est fortis, temperat et se;  
 80 Affectus animi luxuriare vetat.  
 Est sapiens, inhiat quoniam cœlestibus, estque  
 Prudens, nam meminit, providet atque sapit:  
 Præteritum meminit, præsens intelligit, atque  
 Quæque futura satis prævidet arte bona.

## §. 4.

85 Pone lacum locus est, cui nomen Pfefficon extat,  
 Hic quondam fuerat parvula structa domus.  
 Qua servabatur frumentum Fratribus hujus <sup>2)</sup>  
 Cœnobii, per quod victus adesset eis.  
 Censor in hanc ruit ignitus male dæmonis ira,  
 90 Cum famulis inde tollere cuncta volens.  
 His quod dilecti domino cives revocarunt  
 De raprechtzwile viribus ista suis.  
 Tunc pater hic prudens, Domino donante, futuris  
 Ne magis hoc fieret, inde cavere parat.

---

1) Der Commentar bemerkt, daß der Dichter sein Lob zuerst von den drei s. g. göttlichen, dann von den vier Cardinaltugenden hernimmt, welche wirklich im Vers 239 aufgezählt sind.

2) Die Beste Pfeffikon am Zürchersee wurde von Abt Anselm v. Schwanden zum Schutze gegen öftere Plünderung und auch zum Sommeraufenthalt erbaut, wie ich daraus schliesse, daß er eine Urkunde von 1259 in *aestuario nostro Pfefficon* datirt. Es ergibt sich aus dieser Stelle, daß die Raßvögte selbst auf solchen Raub ausgingen, während die Bürger von Raperswil zum Schutze des Klosters auftraten.

Uebrigens weist hier der Commentar auf die alten Römer hin, die ihrer Fürsten Großthaten zu preisen pflegten, namentlich Horaz im ersten Briefe des zweiten Buches „*Romulus et Liber pater etc.*“ Daß der Dichter von des Abtes Bauten spreche, gehöre hieher, weil er ihn kurz zuvor der Klugheit wegen gelobt habe.

- 95 Et quod salvaret sua, se quoque, tempore belli,  
 Muniit hanc ædem, monstrat ut ista dies.  
 Sumptibus in magnis nam muro cinxerat ipsam,  
 Et promurali, mœnibus atque falis.  
 Nec satis hoc fuerat, sed per vivaria cinxit  
 100 Plura, per hoc fructus fertur adesse duplex:  
 Namque domum dictam stabilem faciunt quoque fontes,  
 Et pisces servant, quys bonus usus adest.

## §. 5.

- Hincque Monasterium Clastrumque suum Pater iste,  
 Tempore quod longo rure patente stetit,  
 105 Eximio per circuitum longo simul alto  
 Muro cinxit in hanc, quod patet, usque diem. <sup>1)</sup>  
 Ejusdem claustrum gemit incola, quod caret æde  
 Sub qua fungatur commodiore statu,  
 Hinc intra murum secus Ecclesiam retro surgens  
 110 Aedes quadrifida tollit in alta caput:  
 Quatuor ista habitantes quys satis apte <sup>2)</sup>  
 Præbet non modica commoda cuique suum.  
 Sese fundatam quæ jactitat a Patre dicto  
 Sumptibus in magnis edit ut ipse decor.  
 115 Ante monasterium struxit sub humo pede lato;  
 Vestibulum ne sit apta ruina sibi. <sup>3)</sup>  
 Nam sibi per præceps montis satis apta ruina  
 Est; sic prævidet hic cuncta futura mala.  
 Ac per eum constructa datur fore janua duplex

<sup>1)</sup> Der Commentar läßt es im Ungewissen, ob schon früher eine Ringmauer vorhanden war, und also hier nur von einer Erneuerung und Erweiterung die Rede sei.

<sup>2)</sup> Der damalige Umfang der Klostergebäude kömmt sonach mit den jetzigen in keinen Vergleich. Die quatuor habitantes erklärt übrigens der Commentar mit „quatuor domicilia seu familiæ.“

<sup>3)</sup> Auch die jetzigen Fundamente der Kirche und des Klosters auf der westlichen Seite gegen das Dorf hin gehen sehr tief, aus dem gleichen hier angegebenen Grunde. Nach dem Commentar war das Kloster früher nur aus Holz erbaut und unansehnlich.

- 120 Templi, quod per idem fertur habere cæcus. <sup>1)</sup>  
 Antequè vestibulum construxerat ædículas, quys  
 Exponit merces institor ecce suas,  
 De quibus huic templo census datur annuus, omni  
 Intranti monstrat hæc hodierna dies. <sup>2)</sup>
- 125 Occulto ductu fontem de monte vicino  
 Hic ad cœnobium vexerat iste pater.  
 Dat Domini famulis hæc unda manentibus isthic  
 Commoda, namque domos imbuit ipsa suas.  
 Et si, quod desit, vehemens prope tecta subiret
- 130 Ignis, per fontes opprimeretur ea. <sup>3)</sup>  
 Atque meatibus hic quam pluribus condecoravit  
 Fontem, qui sacra Virgine nomen habet.  
 Hic et quam plura struxit Pater iste benignus,  
 Quæ nequeunt digiti scribere cuncta mei. <sup>4)</sup>

## §. 6.

- 135 Virtus justitia cum membris omnibus ejus  
 Jsti perfecte fertur inesse Patri. <sup>5)</sup>  
 Verum Religio, pietas et gratia, virtus  
 Vindictæ quomodo semper adhæret ei!  
 Aequa lance suum dat cuique suum retinetque

1) Dieses Doppelthor bezeichnet der Commentar als *novam ornatis lapidibus*.

2) Es liegt hierin ein indirekter Beweis für das Alter der Wallfahrt nach Einsiedeln.

3) Hier also auch die Aquedukten der alten Römer. Schade, daß wir von all' diesen Herrlichkeiten keine Zeichnung haben. Nur von dem s. g. Muttergottesbrunnen geben die ältesten gedruckten Einsiedlerchroniken eine Abbildung, aus welcher sich ergibt, daß er voll künstlich durchbrochener Arbeit und im gothischen oder altdeutschen Style errichtet war. Die vielen Röhren waren, wie man sieht, schon zu Radegg's Zeiten Gegenstand der Aufmerksamkeit. Der Commentar sagt darüber: *quæ licet non sint magni valoris, tamen quia tam apparenter obtutibus hominum monstrantur, scribuntur, ut a quo facta sint sciatur.*

4) Unter diesen Gebäuden versteht der Commentar *officinas pistorum, coquinas et alia*.

5) War bisher von des Abtes Klugheit die Rede, so folgen jetzt die Beweise für seine Gerechtigkeit.

- 140        Ob quam rem justus dicitur ille Pater.  
 Anglorum rex natum Gregorium generavit,  
           Sumere qui cupiit hic monachale jugum. <sup>1)</sup>  
 Jste nepos fuerat Ottonis Cesaris, ille  
           Huc veniens casu concito vidit eum:
- 145        Lætitia vultus tunc Cesar ob ejus amorem  
           Jsti cœnobio prædia multa dedit.  
 Contulit et curtem quæ Riegol dicitur, a qua  
           Frumentique meri copia magna datur.  
 Hæc aliena fere fuerat per debita facta,
- 150        Jsti Cœnobio quod mala plaga foret;  
 Sed Pater hic justus, ut quisque suum retineret,  
           Debita solvit et hæc curtula mansit ei. <sup>2)</sup>

## §. 7.

- Patrem religio fervens amplectitur istum,  
           Hic in Conventu cernere quisque potest:
- 155        Per Conventum namque monastica regula certe  
           Servatur, veluti sit leve pondus ei.  
 Omnibus in sacris celer est Conventus in horis  
           Divini cultus militat iste Chorus.

## §. 8.

Vinum Conventus quondam rubeum bibit iste

<sup>1)</sup> Das Nähere über Gregor, den dritten, Abt von Einsiedeln, bei Hartmann S. 68—107. Ueber seine Abstammung von der Königin Englands, und die Verwandtschaft mit den Ottonen, herrscht noch Dunkel. Die Rolle, die er in Bupfkofer's Gedichte: Angela, Stifterin des Klosters Münsterlingen, spielt, ist naiv und sentimental zugleich in gar zu hohem Grade.

<sup>2)</sup> Wie Riegol, Riegel im Badischen, an's Kloster kam, und zu Ende des vierzehnten Jahrhunderts wieder verloren gieng, ist zu sehen bei Hartmann, in den Regesten von Einsiedeln Nro. 24. 27. 32. 61. 141. 348. 548. 1015 und 1021. und im Liber Heremi. (Geschtsfd. I. 407.) Der Commentar sagt vom Hofe Riegel: quæ annuatim isti cœnobio reddidit LXX marcas et ultra. Urfundliche Beweise, wie Abt Johann für sein Kloster sorgte, finden sich übrigens, trotz so bedeutenden Verlusten seines Archives, noch in Menge. Vgl. Regesten von Einsiedeln Nro. 131—238.



- 160 Annam per medium, sic quia moris erat.  
 Sed postquam Pater hic cæpit disponere cuncta  
 Hic in cœnobio frenaque digna tulit,  
 Tunc animadvertit quam fervida seria dictus  
 In Deum tenuit cultus usque Chorus.
- 165 Judicat atque per hoc ipsum pingui fore dignum  
 Munere; nam poscit præmia quisque labor.  
 Hic sic inspecto Pater hoc statuit, quod abinde  
 Vinum tunc purum crebro daretur eis.  
 Et quod post nullus hoc attemptet violare,
- 170 (Debent namque bona facta manere rata)  
 Plantavit vites etiam Pater, a quibus illa  
 Vina queunt sumi ne retrahatur idem.  
 Erlibach ac Hönggun retinent has, hæc loca, vite:  
 Quas hic plantavit, has colit hasque fovet.
- 175 Jugeribus decies septem simul atque duobus  
 Plantavit vites Erlibach iste Pater.  
 Hönggun plantavit etiam post in duodenis;  
 Sic est ditata vitibus ista domus.  
 Ac in utroque loco duo torcularia struxit
- 180 Grandia, det mustum in quibus uva novum. <sup>1)</sup>  
 Sed non solum res, sed præbendas simul istis  
 Fratribus in melius verterat iste Pater.

---

1) Diese Weinpflanzung an den schönen Ufern des Zürchersees und der Limmat, hat auch ihren culturgeschichtlichen Werth. Ueber des Klosters Besitzungen an den genannten Orten geben die in Note 2. S. 192 genannten Quellen, und die Chroniken von Einsiedeln nähere Auskunft. Die meisten dieser Besitzungen kamen erst vor wenigen Jahren in andere Hände. Zu Ende des XII. Jahrhunderts erließ Abt Bernher von Loggenburg, (erwähnt 1173), Bestimmungen über Nahrung und Kleidung der Mönche, worin es unter anderm heißt: „De mensura potus hanc constitutionem ex communi petitione fratrum promulgavimus quatenus viginti eminae ex quartali vini *Turgensis mensuræ* fideliter exhibeantur. Deinde plantatores vineæ facti sumus in Lugatun.“ Lugaten heißt noch jetzt ein Hügel am nördlichen Abhange des Gzelberges, der Weinberg aber, den Abt Bernher vor bald siebenhundert Jahren dort pflanzte, ist mehr in die Tiefe nach dem See hin gerückt.

## §. 9.

Volvit et hic animo Cantum, qui dicitur usus,  
 Esse gravem prorsus, difficilemque modum,  
 185 Quem puer addiscens in eodem flore iuente  
 Dogmata negligeret uberiora sibi.  
 Est alter cantus, ubi Musica dirigit omnes  
 Voces per normas, sat leviori modo:  
 Hic est commodior, facili quia discitur arte,  
 190 Et pueris alia dogmata ferre sinit.  
 Ast hic difficilem vitat, facilem sitit, atque  
 Ejus doctores quærit et optat eos.  
 Doctor adest cantus, ejusdem, qui docet artem,  
 Tunc propria struxit re Pater iste libros,  
 195 Qui talem cantum retinent, constare videntur  
 Hi magnas res, hæc comprobat ista dies.  
 Sic hunc per Patrem libros retinemus et artem,  
 Quo Pater iste Choro commoda bina tulit. <sup>1)</sup>  
 Huic etiam pietas et gratia semper adhærent:

---

1) Der ganze Paragraph ist für die Geschichte der Musik in unsern Gegenden wichtig. Dieser schwierige Gesang *qui dicitur usus*, ist kein anderer als der nach f. g. Neumen, an deren Erklärung man schon so lange und bis jetzt ohne ganz befriedigenden Erfolg gearbeitet hat, ob schon Fetis, Misdard und andere eines vollständigen Verständnisses sich rühmten. Es wird auch kaum je zu einer vollständigen Erklärung kommen, und der Grund hiesfür liegt eben in dem Wort *usus*, Gebrauch. Denn „jene Zeichen, sagt P. Rambillot, hatten an und für sich nur einen sehr wenig bestimmten Tonwerth, und man lernte den richtigen Gesang nur durch den Gebrauch.“ Entscheidend ist hier eine Stelle aus der *Summa musicæ* des Joh. v. Muris vom Jahre 1321, wo es von den Neumen heißt: *Sed cantus adhuc per hæc signa minus perfecte cognoscitur, nec per se eum quisquam potest addiscere, sed oportet ut aliunde audiatur, et longo usu discatur; et propter hoc huius cantus nomen Usus accepit.* Die Erfindung des Guido von Arezzo machte es möglich, das, wozu man früher zehn Jahre gebraucht hatte, nun in einem bis zwei Jahren zu lernen, und dieser Zeitgewinnst hatte auch nach Vers 185. und 190. Abt Johannes vor Augen. Zum Zweck der wichtigen Reform ließ er einen *Doctor cantus* berufen und Gesangbücher nach dem neuen Notensystem mit großen Kosten schreiben, welche zur Stunde noch vorhanden sind, so daß auch wir noch sagen können: *haec*

- 200 In sibi commissis hoc famulisque patet.  
 Muneribus præditibus hic famulosque ministros  
 Ditavit, mentem quod sibi sæpe levat.  
 Virtus vindictæ non deserit hunc quia quosque  
 Deliros pœnis carceribusque domat.

## §. 10.

- 205 Fortis hic est attemptat enim sibi grandia facta,  
 Nec labor hunc terret, sit licet ipse gravis. <sup>1)</sup>  
 Ut queat augere res Cœnobij, pietatem  
 Sedis Apostolicæ quæritat atque rogat.  
 Fratribus ad mensam redditus servire duarum  
 210 Ecclesiarum, quod impetrat iste Pater:

---

comprobat ista dies etc. In dem einen der zwei Choralbücher stehen die Verse:

Abbas cui nomen dederat divina Johannes

Gratia de Swanden opus hoc produxit adesse.

Von hier aus verbreitete sich diese Gesangs-Reform auch in andere Klöster, wie z. B. nach Pfäfers. Dorthin wurde im Jahre 1330 der Schüler des Johannes von Schwanden als Abt berufen, und von ihm sagt die Geschichte: **Jngens illi pro cultu divino cura fuit et magno opere ac sumtu reformavit cantum ecclesiasticum, imprimis opera Gerardi de Berna, mutavit cantum confusum, quem Hästligesang vocabant, dehinc ordinavit musicen quam viginti voluminibus diffusam ac studiosissime emendatam egregie compilavit.** In diesen Arbeiten unterstützte ihn Johann v. Mendelbüren, Mönch in Pfäfers. Sechs Jahre brauchte das Unternehmen, das 1342 vollendet wurde. (Eichhorn Ep. Cur. p. 285.)

Es mag schon hier erwähnt werden, was aus dem Versolg des Gedichtes erhellet, daß nämlich damals Cuonrad von Bünpurg in Einsiedeln Cantor war, und daß man in den Kirchen schon Orgeln hatte. „**Dulcibus organicis cantibus atque modis**“ sangen die Mönche an Weihnachten. Als aber die Schwyzer das Kloster überfallen: „**Organa desistunt et lyra nostra tacet.**“ Daß übrigens schon im XII. Jahrhundert in den Klöstern Orgeln waren, zeigt Gerbert (Hist. nig. Sylvæ I p. 500.)

<sup>1)</sup> Eschudi sagt von unserm Abt Johannes: „er war ein göttiger lieber Herr, muß aber thun was sin Convent wollte.“ Diese Behauptung kehrt öfters wieder, und mich wundert, aus welchen Quellen Eschudi dabei schöpfte; denn der Streit wegen dem Conventsiegel berechtigt nicht zu solcher Behauptung.

- Sarmimsdorf, Meilan harum sunt Ecclesiarum  
 Nomina; sic ditat ipse labore domum. <sup>1)</sup>  
 Est et magnificus, quia magna facit; patiens est, <sup>2)</sup>  
 Gaudenter dura nam tolerare valet,  
 215 Quod patet in multis famosis litibus olim,  
 Quas per Magnates pertulit iste Pater.  
 Hi licet armati fuerint, et corde feroces;  
 Hinc animus patiens, corpus inerme fuit,  
 Nec tamen his cessit, lites summo sed honore  
 220 Ad finem duxit, littora justa petens.  
 Proposito stabili nunquam sic ipse vacillat,  
 Perseveranter sed (hic) manet usque bono. <sup>3)</sup>

## §. 11.

- Est plebs quæ non plebs, gens quæ non gens, homines qui  
 Non homines dici, sed fera monstra queunt.  
 225 Incolit hic vallem, cui nomen Switz fore fertur,  
 Hinc gens Suitenses nomine secta datur.  
 Indurata malis hæc est gens in reprobum, nam  
 Hanc gentem sursum tradidit ipse Deus.  
 Hæc est perversa, mala, pejor, pessima; genti  
 230 Parcitur huic, mala quod post cumulata ferat.  
 Hæc est austera, quia tollit quæ sua non sunt:  
 Ipsa meretur in hoc perdere quæque sua.  
 Hæc fera bella gerit, semper sitit ipsa cruorem,  
 Rejicit ipsa bona, cunctaque prava colit.  
 235 Hæc infestare gens cœnobium petit istud,  
 Terminus hoc ejus prosperitatis erit.

---

<sup>1)</sup> Die betreffende Incorporations-Bulle von Clemens V. ist datirt, Avignon 1310 den 2 Aprils (Reg. v. Einf. No. 175., 176 und 204.) In derselben wird auch auf die vielen Verluste, die das Kloster erlitten, hingedeutet. Sarmensdorf liegt im Argau, Meilen am Zürchersee.

<sup>2)</sup> Die Beweise siehe oben.

<sup>3)</sup> Hier ist nun zunächst auf den Markenstreit, und die Festigkeit des Abts in Behauptung seines Rechtes angespielt.

- Hæc homines violat, incommoda fratribus hujus  
 Cenobij multis irrogat ipsa malis.  
 Pluribus a fundis lucrosis istius ædis  
 240 Destituit fratres viribus acta suis.  
 Fratribus his victum sic tollere queritat ipsa;  
 Et quæ non sevit, pernice falce metit. <sup>1)</sup>  
 Sed pater hic licet imbellis tamen obstitit illis,  
 Canonis et legum quærere jura parans.  
 245 Primo citat, post excommunicat, et super ipsos  
 Tunc Anathematis hic fulmina cuncta ferit. <sup>2)</sup>  
 Tandem proscribit ipsos, lis ventilat ista,  
 Nec sibi certus adhuc finis adesse datur. <sup>3)</sup>

<sup>1)</sup> Alle diese unbestimmten und übertriebenen Klagen sind näher begründet in den Akten, besonders in dem schon angeführten Klagerdel

<sup>2)</sup> Ueber die Geschichte dieser Excommunicationen herrscht noch Dunkel. Ob schon dasselbe durch Kopp (Urkunden S. 117) schon ziemlich gelichtet ist. Die dort (und im Geschftsd. V. 245) abgedruckte und commentirte Bannbulle von Clemens V. ist vom 12 Sept. 1309 datirt. Im folgenden Jahr, den 20 Sept. 1310, wird vom Abt von Engelberg, als Bevollmächtigten des heil. Stuhls und des Abts von Weingarten, und in Abwesenheit Ulrichs von Röttelein, unter Berufung auf obige Bulle, wegen inzwischen eingetretener Appellation, die über Landammann Cunrad Abhyberg, seine Söhne Conrad und Ulrich, und über die Landleute von Schwyz verhängte Excommunication wieder aufgehoben. (Mittheilung des H. Vercins Präsidenden Schneller aus dem Archiv Schwyz). Ueber später verhängten Bann vergleiche die Regesten von Einsiedeln No. 203. 204. 209. 210. 212.

Der Bann, in welchem die Unterwaldner 1413 wegen Engelberg waren, (siehe „Sammlung eidg. Abschiede“ S. 43.) hat etwas Ähnliches mit der Geschichte von 1314. Die Nidwaldner *fratrem Rudolum monasterii montis Angelorum Conventualem professum et presbyterum vinculatum et captivum aliquot diebus retinuerunt*. Als er frei gelassen wurde, hob der Bischof von Constanz den Bann auf. Eigentlich waren dies die Thalleute (4 sind genannt), welche dann Nidwalden widerrechtlich als Landleute annahm. Die Eidgenossen entschieden darum: diese Thalleute, weil sie nicht zu Nidwalden gehören, sollen sich nun auch selber aus dem Bann lösen. Doch Erörterungen über diesen Gegenstand würden uns hier zu weit führen, und bleiben für einen bessern Anlaß vorbehalten.

<sup>3)</sup> Es erhellt hieraus, daß das Gedicht vor Endigung des Handels, also vor 1350, geschrieben ward, und eben so der Commentar, welcher sagt: *tangit unam litem quam nondum ad finem perduxit*.

- Hos sententia nulla, nec hos proscriptio terret, <sup>1)</sup>  
 250 Ut decem Domini reddere capta velint.  
 Sed tamen opponit Pater iste viriliter ipsis,  
 Nec causa cedit, jure favente, sua.  
 Sic juri fidit Pater hic, armisque suis hi;  
 Jus raro vinci, sæpius arma solent.
- 255 O pia Virgo! tuum pugilem defende Johannem,  
 Incolumem serva, vincere daque sibi.  
 Ne suus imo tuus hostis sibi prædominetur,  
 Nec tua cogantur perdere templa sua. —  
 Et licet innumeras expensarum sibi moles
- 260 Immensæ litis sedulitate ferat, <sup>2)</sup>  
 Prætereuntibus atque manentibus attamen hujus  
 Janua crebro patet, inensaque larga datur.  
 Arctius et nunquam contracta fuit sua mensa,  
 Ast epulis multis semper adaucta fuit,
- 265 Et granaria plena, simul celleraria perstant,  
 Nec quem defectum scit fore quisquis ibi.  
 Hujus Cenobii super hæc res semper adauxit,  
 Et bene ditavit prædia quæque sua.  
 Temperat hic motus animi, ne luxurientur
- 270 In vetitum, medio sit sibi semper iter.  
 Pes suus est fixus medio callis sibi triti,  
 Ne mollis stratæ lubricitate cadat.

## §. 12.

Nec fera septena, licet insidias sibi ponat  
 Continuas, ipsum dilapidare potest. <sup>3)</sup>

<sup>1)</sup> Was ihnen von gewisser Seite als Ruhm angerechnet wird. Doch ist zu bemerken, daß sich die Schwyzer eifrig bemühten vom Banne losgesprochen zu werden, und deßwegen an den Metropolit in Mainz gelangten.

<sup>2)</sup> Diese Kosten wurden wohl größtentheils durch die Vermittlungsversuche verursacht.

<sup>3)</sup> Zum Lobe des Abtes wird ferner gezeigt, wie ihm der siebenköpfige Drache der Hauptsünden nichts anhaben könne.

- 275 Impatiens fastu Leo stat, majoribus obstat  
 Præ cunctis, tollens, seque præire volens. <sup>1)</sup>  
 Hunc humili corde Pater hic horret, quia quosque,  
 Quemlibet, ut dignus est, reverenter amat.  
 Quadrupedes griphes sunt invidiæ simulati,  
 280 Ob quam rem pater hic spernit eosque fugat. <sup>2)</sup>  
 Tranquillis ridet, dolet adversis alieni,  
 Et benefacta cupit tollere, prava premit.  
 Est vehemens draco, dispergens de naribus ignes;  
 Hoc vitans Pater hic despicit huncque fugit.  
 285 Profert verba pia, linguam frænâ, premit atque  
 Jram surgentem, ne tonet absque modo.  
 Turpis asella, carens animi cordisque vigore,  
 Denotat accidiam, qua caret iste Pater,  
 Cultu divino quoniam fervet, precibusque  
 290 Persudare Deo nocte dieque studet.  
 Hericius plenum spinis retinens sibi dorsum  
 Monstrat avaritiam, quam Pater iste premit,  
 Mitis quod fore noscitur hic elemosina multa,  
 Janua cuique patens largaque mensa probat.  
 295 In sue monstrantur quorum venter Deus extat,  
 Crapula quos semper ebrietasque vorat:  
 Hic Pater est expers hujus, jejunia crebra  
 Et modicus potus hoc probat atque cibus.  
 Ursus amans mella prædulcia, luxuriosos  
 300 Signat, sectantur hi quia dulce malum.

---

1) Der Commentar gibt hier die Naturgeschichte des Löwen als Sinnbild des Stolzes, und bemerkt z. B.: Cum genuerit catulum, tribus diebus et tribus noctibus catulus dormire fertur; tunc deinde patris fremitu et rugitu veluti tremefactus cubilis locus velut suscitare dicitur catulum dormientem.

2) Noch sonderbarer ist, was der Commentator über die Greifen und Drachen zu erzählen weiß. Ueber den Neid wird Horaz, Ovid und Isaias angeführt. Ueberhaupt enthält der Commentar viele Citate aus der Schrift, aus Isidor, Solinus und den Dichtern, unter welchen auch weniger bekannte, wie z. B. Theodulus und Maximianus, und eine metrische Bearbeitung des Buches Tobias erscheint.

Hic Pater hoc vitans lumbos cinxit sibi, quod non  
 Tam dulcis labis lubricitate labet.  
 Hæc vera monstra fugit Pater hic, et cetera quæque  
 Crimina, quæ vitam commaculare queunt.  
 305 Ut loquar ad plenum, Pater hic omni sine menda  
 Criminis est, summa verticis usque pedem.  
 Nec modo noscitur hic, nisi cum post facta quiescit  
 Livor qui quærit depreciaare bonos.

## §. 13.

Ut Pater innocuus hic est et crimine purus,  
 310 Sic sibi claustralis concio clara subest.  
 Hos genuit libertas nobilium Proavorum,  
 Nobiliora tamen quærere mente parant.  
 Hic prima dignus laude Conventus habetur,  
 Estque pius corde, fervet amore Dei.  
 315 Hunc serpentina prudentia condecoravit,  
 Atque columbina simplicitate nitet.  
 Sint licet hi plures in corpore, sunt tamen unus  
 Pectore, disjunctum corpore mente coit.  
 Hi sunt compacti tanta pietate, quod ipsos  
 320 Nullum dissidium dissociare valet.  
 Istos religio similis quoque vita sacrata  
 Conjugat, hos et idem velleque nolle ligat.  
 Hi sunt unanimes, concordés, nulla simultas  
 Dissecat hos junctos mente fideque pari.  
 325 Militat in cultu Domini Chorus iste decenter,  
 Sic quod nullus eis error obesse potest.  
 Quippe jugum Domini reputant leve, norma gubernat  
 Hos Claustrî, peragunt hi sine lege nichil,  
 Inque vicem sibimet condignum præbet honorem  
 330 Hic Conventus, ut est ordine cuique datum.  
 Criminis immunes hi sunt, omnis quoque mendæ;  
 Dedecus his objici non poteritve nefas.  
 Omnibus est unum studium, vestigia patrum  
 Noscere perfecte, nota tenere bene.



335 Ut fragili vita per eorum dogmata vitam  
 Perpetuam captent, munere dante Dei,  
 Quilibet et major tradit præcepta minori,  
 Suscipit et grate dogmata quisque minor.

§. 14.

Hoc in Conventu sex sunt quos Presbyteratus  
 340 Ordo præmonstrat, sublevat atque sacrat.  
 Primus de Schwandun est Otto, Decanus ibidem; <sup>1)</sup>  
 Cuonradus Bunpurg Cantorque erit sequens.  
 Vluingun Custos Burchardus tertius est, Jo. <sup>2)</sup>  
 Hasunburg quartus, qui mera claudit ibi.  
 345 Quintus Ruodolfus de Winenburg; quoque sextus  
 Jegisdorff Ul. nunc non colit ista loca,  
 Ast in Præpositum, quod non oneri sed honori  
 Est sibi, Cenobij de Vare factus erat. <sup>3)</sup>  
 Istis sit junctus Pater horum Abba Johannes,  
 350 Septem Presbiteri tunc numerantur ibi.  
 Horum disponit sapiens sententia, debet  
 Quæ prædicta domus relinquere, quæve sequi.  
 Quod firmant hi, fit, quod non, non fit, quia possunt  
 Præter eos nulla facta manere rata. <sup>4)</sup>

<sup>1)</sup> Otto ist auch im oben angeführten Epitaph auf die von Schwanden genannt, und heißt dort Propst von Fahr, und ein wichtiger Mann.

<sup>2)</sup> Hier das erste Beispiel von sonderbarer Abkürzung der Eigennamen, nämlich Jo anstatt Johannes. Im Verfolg zeigen sich noch andere, wie Co. statt Conradus, Ul. statt Ulricus. Johannes von Hasenburg folgte im Jahr 1326 dem Abt Johannes von Schwanden in dieser Würde nach, und war zur Zeit des Ueberfalls, wie man hier sieht, Cellerarius, ein Amt, das nach den alten Klosterstatuten nicht bloß auf zeitliche Geschäfte sich beschränkte. Der Custos hatte wahrscheinlich auch die Bibliothek zu besorgen, und hieß auch Thesaurarius, unter welchem Titel in unserer Klostergeschichte bald nachher Heinrich von Rigerz erscheint, von welchem noch Spuren genug in unseren Handschriften zu finden sind.

<sup>3)</sup> Die Propstei Fahr war ein ansehnliches Amt, und manche der ältern Einsiedler-Nebte waren vorher Präpste jenes bis auf die neueste Zeit so hart bedrängten und oft genannten Frauenklosters.

<sup>4)</sup> Aus diesen Versen erhellt die rechtliche Stellung des Conventes unter und neben dem Abte, die sich damals, d. h. bald nach dem Ueberfall, in dem Streit um das Capitelsiegel geltend machte.

## §. 15.

- 355 Utque planetarum medius sol dicitur esse,  
 In medio residet sic Pater iste loco: <sup>1)</sup>  
 Ut sol splendorem dat luminis atque vigorem  
 Omnibus, in terra quæ posuere statum,  
 Sic Patris hujus præsidium sapientia donat
- 360 Cunctis quos sub se continet ista domus.  
 Utque locus Veneris primo sub sole rotatur,  
 Qui pius et blandus estque planeta bonus;  
 Sic dextram Patris hujus Bunburg obsidet, atque  
 Hic flexibilis est ad bona facta sequi.
- 365 Utque locum primum super solem retinet Mars,  
 Jegisdorf levam possidet ecce Patris.  
 Hic sapiens, prudens, fortis, justusque modestus,  
 Sperans, ac adamans, et sibi firma fides.  
 Altera sub sole loca stilbons optinet, illi
- 370 Fit similis Schwandun, isque secunda tenet  
 Ad dextram Patris; hic bonus est, blandusque discretus,  
 Et quales juncti sunt sibi, talis erit.  
 Utque Jovi super solem datur altera sedes,  
 Sic Patris ad lævam parte sequente datur
- 375 Sedes Winenburg, hilaris, super hospite lætus:  
 Est bonus et habilis, atque benignus is est.  
 Infima sub sole loca luna tenet sibi nocte,  
 Lucens, ad dextram sic Patris hujus habet  
 Vifingen sedem postremam, qui super omnes
- 380 Curam thesauri nocte dieque tenet.  
 Summa Planetarum retinet loca falcifer, illi  
 Hasunpurg similo, cui residere datur  
 Jma parte Patris ad levam, qui bene multas  
 Res metit et retinet, ac satur annus erit.
- 385 Septenarius est numerus multis decoratus  
 Dotibus egregiis, hinc datur esse sacer.

<sup>1)</sup> Die Vergleichung der sieben priesterlichen Conventherren mit den sieben Planeten wollen wir dem Dichter zu Gute halten, und unsere Leser mit den weitläufigen astronomischen Erörterungen, die der Commentar bei diesem Anlaß anbringt, verschonen. Eben so übergehen wir fast das ganze dritte Buch des Gedichtes, welches ein weitläufiges Lob der Siebenzahl enthält, und nur am Ende Einiges von den übrigen damaligen Klosterbewohnern berichtet, was wir sofort mittheilen wollen.